Fragmentarium

in faciendo. de q̄b; dn̄s dicit. Obauditu auris obedi
uit mihi; & iterū dicit doctorib; · Qui uos audit
me audit. Ergo tales relinquentes statim que
sua sunt & uoluntatē p̄priā deserentes. mox exo
cupatis manib; & qđ agebant inp̄fectū relinquen
tes. ui cino obedientiae pede. iubentis uocē
factis sequuntur. Et ueluti uno momento p̄dicta
magistri iussio & p̄fecta discipuli opa. in uelocita
te timoris dī ambe res. cō muniter citius expli
cantur. Quib; ad uitam aeternā gradiendi amor
incumbit. Ideo angustā uiā arripiunt. unde
dn̄s dicit. Angusta uia ē quae ducit ad uitā.
Ut non suo arbitrio uiuentes. l desideriis suis & uo
luptatib; obedientes. s; ambulantes alieno iudi
cio & imperio. in caenobiis degentes. abbatē
sibi p̄esse desiderant. Sine dubio hi tales. illā
dn̄i imitantur sententiā quā dicit.
Non ueni facere uoluntatē meam. s; eius q̄ misit me.
Sed haec ipsa obedientia tunc acceptabilis erit. dō
& dulcis hominibus. si q̄d iubetur non trepide

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 7v – Regula Benedicti
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/48945)